

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Virginitas k  
cum fonte primo

Quanta est uirginitatis gracia que meruit  
a Christo eligi ut esset corporale  
Dei templum in qua corporaliter

habitauit plenitudo diuinitatis!  
Virgo genuit mundi salutem; uirgo  
peperit uitam uniuersorum.

Ambrosius libro de officiis.

Quid autem loquar  
quanta sit uirginitatis gratia, quae meruit  
a Christo eligi ut esset etiam corporale  
dei templum, in qua corporaliter  
ut legimus  
habitavit plenitudo diuinitatis (Col. 2:9)?  
Virgo genuit mundi salutem, uirgo  
peperit uitam uniuersorum.

Ambrosius Mediolanensis, *Epistulae*  
*extra collectionem traditae*, 14, 33  
(CSEL 82.3, M. Zelzer ed., p.252,  
ll.326-330).